Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Beatus Maximus episcopus: sermo dicendus ante natale Domini

urn:nbn:de:bsz:31-20440

Visual Library

noſtrorum qualitas nulla quanti
tas frangat. Preſtat magnam
ueniae fiduciam. Latro ille uenera
bilis; qui non inde uenerabilis unde
latro. Nam latro ex crudelitate
uenerabilis & confeſſione. Cogi
tate rogo cogitate quam ſint incon
prehenſibilia in omnipotente dō
miſericordiae uiſcera. Latro
iſte cruentis manibus abſtractus
a fauce itineris ſuſpenſus eſt in pa
tibulo crucis. Ibi confeſſus ibi
ſanatus. Ibi audire meruit. ho
die mecum eris in paradiſo; quid
eſt hoc? quis tantam bonitatem
dī dicere quis aeſtimare ſufficiat;
De ipſa poena criminis peruenit ad
praemia uirtutis. Idcirco autē
omnipotens dſ electos ſuos inqui
buſdam lapſibus cadere permiſit.
ut aliis in culpa iacentibus ſi toto ad
eum corde conſurgant ſpem ue
niae redderet. et eis per lamenta
paenitentiae uiam pietatis aperiret.
Exerceamus ergo nos metipſos in la
mentis. extinguamus fletibus
et dignis paenitentiae fructibus culpas.
Tempora indulta non pereant; quia
qui multos a ſuis iniquitatibus iam
ſanatos aſpicimus. quid aliud quā
ſupernę miſericordiae pignus
tenemus.

XIIII SERMO BEATI MAXIMI EPI DICENDUS ANTE NATALE DNI.

Laetitia quanta ſit quantuſque
concurſus. Cum imperatoris mun
di iſtius natalis celebran
dus eſt. bene noſtis.
Quemadmodum duces eius & prin
cipes omnes etiam militantes
accurati ſiricis ueſtibus. adcincti
operoſis cingulis auro fulgente
pretioſis ambiant ſolito nitidius
in conſpectu regis incedere.
Credunt enim maius eſſe imperato
ris gaudium. ſi uiderit maiorem
ſuae apparitionis ornatum.
Tantoque illum laetum futurum.
quanto ipſi fuerint in eius feſtiuitate
deuoti. Ut quia imperator
tamquam homo corda non conſpicit.
affectum eorum circa ſe probet
uel habitum contuendo. Ita fit
ut ſplendidius ſe accuret quiſque
regem fidelius diligit. Deinde
quia in die natalis ſui ſciunt eum
largum futurum. ac donaturum
plurima ut miniſtris ſuis uel his
qui in domo eius abiecti putantur
& uiles. Tanta prius theſauros
eius replere diuitiarum uarietate
feſtinant. Ut in quantum pro
rogare uoluerit. in tantum pro
rogatio copioſa non deſit.
Et ante uoluntas donandi deficiat.
quam ſubſtantia largiendi.
Haec autem ideo ſollicite faciunt;

quia maiorem sibi remunerationem
pro hac sollicitudine sperant futurā;
Si ergo frs̄ seculi istius homines prop
ter presentis honoris gloriam.
terreni regis sui natalis diem tanta
apparatione suscipiunt; quanto nos ac
curatione. aeterni regis nostri ihū
xpī natalem suscipere debemus.
qui pro deuotione nostra. non nobis
temporalem largietur gloriam sed
aeternam. Nec terreni honoris
administrationem dabit. quae suc
cessore finitur; Sed caelestis im
perii dignitatem. quae non hab&
successorem. Qualis autem nrā
remuneratio sit futura; Dicit pro
ph&a. Quae oculis non uidit. Nec
auris audiuit. Nec in cor hominis
ascendit. quae preparauit dns
diligentibus se. Quibus indumen
tis nos exornari oport&; quod au
diximus nos; hoc est animas nras;
quia rex noster xps. Non tam nito
rem uestium quam animarum re
quiret affectum. Nec inspicit
ornamenta corporum. sed conside
rat corda meritorum. Nec fragi
lis cinguli praecingentis lumbos
operositatem miratur. sed fortis
castimoniae restringentis libidinem
ad pudicitiam plus miratur.
Ambiamus ergo inueniri ante ipsū
probati fidem. compti misericor
dia. moribus accurati. Et qui fide
lius xpm diligit; Nitidius se man
datorum eius obseruatione compo
nat. Ut uere nos in se credere ui
deat. cum ita in eius sollemnitate
fulgemus. Et magis laetus sit.
quo nos perspexerit puriores.
Atque ideo ante conplures dies. casti
ficemus corda nostra. mundemus [conscientiam];
purificemus spm. ac nitidi & sine
macula. inmaculati dni suscipia
mus aduentum. Ut cuius nati
uitas per inmaculatam uirginem
constitit. eius natalis per inmacu
latos seruulos procuretur.
Quisque enim in illa die sordidus fue
rit ac pollutus. natalem xpī uoui
que non curat. Intersit lic& do
minicae festiuitatē corpore. men
te tamen longius a saluatore sepa
ratur. Nec societatem habe
re poterunt inmundus & scs;
auarus. et misericors; corruptus
& uirgo; Nisi quod magis ingeren
do se indignus offensionem contra
hit. cum minime se cognoscit;
Dum enim uult officiosus esse. iniu
riosus exsistit; sicut ille in euan
gelio. qui in co&u scorum inuita
tus ad nuptias uenire ausus est.
uestem non habens nuptialem.
Et cum alius niteret iustitia. Alius
luceret fide. Alius castitate fulge
ret. ille solus conscientiae foedi
tate pollutus cunctis splendentib;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

deformi horrore ſordebat .,
Et quanto pluſ ſimul diſcumbentiū
beatorum candebat ſcitaſ . Tan
to magiſ peccatorum illiuſ appa
rebat inprobitaſ .,
Qui potue
rat minuſ diſplicuiſſe forſitan ſi
in conſortium iuſtorum minime
ſedediſſet .,
Propterea ergo ſub
latuſ manibuſ & pedibuſ intene
braſ exterioreſ & pellitur . Non
ſolum quod peccator erat . ſed quia cum
peccator eſſet . ſcitatiſ ſibi meritū
uindicabat .,
Igitur frſ̄ ſuscep
turi natalem dn̄i . ab omni noſ
delictorum fece purgemuſ . re
pleamuſ theſauroſ eiuſ diuerſorū
munerum doniſ : Ut in die ſc̄i ſit .
unde peregrini accipiant . refici
antur uiduae . pauepereſ ueſtian
tur .,
Nam quale erit . ſi in una
eademque domo inter ſeruuloſ eiuſ
dn̄i . alter exultet in oloſiricis .
alter conſummet inpannis .,
Aliuſ aeſtuet cibo . Aliuſ famem fri
guſque ſuſtineat .,
Ille eructuet
heſternam indigeſtioniſ crapulam .
hic heſternam ieiunii inediam non
reſoluat .,
Aut quererit nr̄e ora
tioniſ effectuſ . petimuſ ut libe
remur ab inimico . qui non ſumuſ
liberaleſ in fratreſ .,
Simuſ imi
tatoreſ dn̄i .,
Si enim ille paupe
reſ in caeleſti gratia uoluit nobiſ
eſſe conſorteſ . cur nobiſ non ſint
in ſubſtantia terrena conſorteſ .,

Nec extranei ſint alimoniſ . qui fra
treſ ſunt ſacramentiſ .,
Niſi quod
rectiuſ apud dm̄ per ipſoſ agimuſ
cauſam noſtram . ut nr̄iſ alimuſ
ſumptibuſ . qui illi gratiaſ agant .,
Quicquid autem pauper dn̄m bene
dicit . illi proficit quo faciente dn̄m
benedicit .,
Et ſicut ſcriptum eſt
de illo : Vae illi homini per quē
nomen dn̄i blaſphematur : Ita et
de iſto ſcribitur . pax huic homini .
per quem nomen benedicitur ſaluato
riſ .,
Quale autem eſt meritum
largientiſ . ut ſoluſ quiſ operetur
in domo . et per multoſ aecclesiaſ
dn̄m deprecetur .
Et quod ille
fortaſſiſ petere dediuinitate non
audeat . plurimorum interpellan
tium orationibuſ . etiam quod non
ſperabat accipiat .,
Quod ad adiu
torium noſtrum commemoranſ
noſ beatuſ apoſtoluſ . ait .,
Ut per multoſ gratiarum actio referа
tur pro nobiſ ., Et iterum ., Ut
fiat oblatio ueſtra ſc̄ificata in ſpū
ſc̄o amen :

IN VIGILIA NATALIS DN̄I . AD NONAM :

LEC SC̄I EUḠ SEC MATHEU .

In illo tempore . Cum eſſet deſpon
ſata mater ih̄u maria ioſeph . Antequam